

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ordo a
cum fonte primo

Maritum duarum post baptismum
matronarum clericum non ordinandum,

nec illum qui
uiduam uel repudiatam uel meretricem
in matrimonio sumpsit, nec eum
qui semetipsum quolibet corporis
sui membro indignatione aliqua uel
iusto uel iniusto uel timore superatus
truncauerit, neque illum qui
usuras accepisse conuincitur
aut in cena lusisse dinoscitur,
neque illum qui publica penitencia
mortalia crimina deflet, nec eum qui
per ambitionem ad imitationem
Symonis magi pecuniam offert,

Maritum duarum post baptismum
matronarum clericum non ordinandum,
neque eum qui unam quidem sed
concubinam non matronam habuit,
nec illum qui
uiduam aut repudiatam aut meretricem
in matrimonio sumpsit, neque eum
qui semetipsum quolibet corporis
sui membro indignatione aliqua uel
iusto uel iniusto timore superatus
truncauerit, neque illum qui
usuras accepisse conuincitur
aut in scena lusisse noscitur,
neque eum qui publica paenitentia
mortalia crimina deflet, nec illum qui
per ambitionem ad imitationem
Simonis magi pecuniam offert.

Gennadius Massiliensis, *Liber ecclesiasticorum dogmatum*, 38 (C.H. Turner ed., p.96).

←
neque illum qui
aliquando in furiam uersus insaniuit,
uel afflitione dyaboli uexatus est.
→
Augustinus de diffinitionibus.

nec illum qui: *addunt alii*
(sed non optimi) testes
aliquando in furiam uersus insaniuit
uel afflictione diaboli uexatus est
neque eum qui

Gennadius Massiliensis, *Liber ecclesiasticorum dogmatum*, 38 notum
(C.H. Turner ed., p.96).